



DOCENTE	GARIONI ETTORE			
CLASSE	IV CLASSICO	SEZIONE	ANNO SCOLASTICO	2020-2021
MATERIA	LINGUA E LETTERATURA LATINA			

LAVORO ESTIVO DA SVOLGERE

PER TUTTI GLI ALUNNI	PER GLI ALUNNI CON DEBITO
<p><u>LINGUA LATINA</u></p> <p>1. RIPASSARE:</p> <ul style="list-style-type: none">- morfologia- sintassi del verbo (participio, gerundio e gerundivo) e del periodo (finali, consecutive, infinitive, <u>completive volitive, dichiarative, verba timendi, completive con quin, quominus, interrogative indirette</u>, periodo ipotetico, narrative, perifrastica attiva e passiva) <p>2. <u>TRADURRE i seguenti brani sul libro di versioni latine E. ALFANI, Latine legere:</u></p> <ul style="list-style-type: none">- SENECA: nn° 3, 4, 5, 6 (pp. 196-197)- QUINTILIANO: i brani allegati al presente programma;- TACITO: i brani allegati al presente programma; <p>N.B.</p> <p><u>LE VERSIONI DI LATINO DOVRANNO ESSERE TRASCritte SU UN QUADERNO E CONSEGNATE AL DOCENTE AL RIENTRO DALLE VACANZE ESTIVE.</u></p> <p><u>LETTERATURA. Preparare: INTRODUZIONE ALL'ETA' AUGUSTEA, VIRGILIO, POESIA ELEGIACA e OVIDIO.</u></p> <p><u>LETTURA OBBLIGATORIA DEI SEGUENTI CLASSICI LATINI:</u></p> <ul style="list-style-type: none">- SENECA, <i>La provvidenza</i>, BUR- SENECA, <i>La brevità della vita</i>, BUR- LUCANO, <i>Farsaglia o la guerra civile</i>, BUR- PETRONIO, <i>Satyricon</i>, BUR / MONDADORI	<p><u>LINGUA LATINA</u></p> <p>1. RIPASSARE:</p> <ul style="list-style-type: none">- morfologia- sintassi del verbo (participio, gerundio e gerundivo) e del periodo (finali, consecutive, infinitive, <u>completive volitive, dichiarative, verba timendi, completive con quin, quominus, interrogative indirette</u>, periodo ipotetico, narrative, perifrastica attiva e passiva) <p>2. Oltre al LAVORO ESTIVO assegnato a tutta la classe, gli alunni con <u>SOSPENSIONE DEL GIUDIZIO IN LATINO</u> dovranno <u>TRADURRE</u> anche i brani <u>ALLEGATI IN FOTOCOPIA</u>, ponendo particolare attenzione all'analisi morfologica e sintattica delle singole parole e proposizioni secondo le modalità applicate durante l'anno scolastico.</p> <p>N.B.</p> <p><u>LE VERSIONI SUPPLETIVE DI LATINO DOVRANNO ESSERE TRASCritte SU UN QUADERNO E CONSEGNATE AL DOCENTE INSIEME A QUELLE ASSEGNATE A TUTTA LA CLASSE DURANTE IL PRIMO INCONTRO DEDICATO AL RECUPERO.</u></p> <p>Al termine delle ore di recupero sarà fissata una prova di accertamento delle lacune pregresse che vedrà l'alunno impegnato in una versione dal latino.</p>

Milano, 7 Giugno 2021

Il Docente

Ettore Garioni



QUINTILIANO, INSTITUTIO ORATORIA

1. L'osservazione del bambino in classe (Quintiliano)

Tradito sibi puero docendi peritus ingenium eius in primis naturamque perspiciet. Ingenii signum in parvis praecipuum memoria est: eius duplex virtus, facile percipere et fideliter continere. Proximum imitatio: nam id quoque est docilis naturae, sic tamen ut ea, quae discit, effingat, non habitum forte et ingressum et si quid in peius notabile est. Non dabit mihi spem bonae indolis qui hoc imitandi studio petet, ut rideatur; nam probus quoque in primis erit ille vere ingeniosus, alioqui non peius duxerim tardi esse ingeni quam mali. Probus autem ab illo segni et iacente plurimum aberit. Hic meus quae tradentur non difficulter accipiet, quaedam etiam interrogabit: sequetur tamen magis quam praecurret. Illud ingeniorum velut praecox genus non temere umquam pervenit ad frugem.

2. L'insegnamento individualizzato (Quintiliano)

Haec cum animadverterit, perspiciat deinceps quonam modo tractandus sit discentis animus. sunt quidam, nisi institeris, remissi, quidam imperia indignantur, quosdam continet metus, quosdam debilitat, alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. Mihi ille detur puer quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiam numquam verebor.

3. Il maestro come "secondo padre" (Quintiliano)

Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum a quibus sibi liberi tradantur existimet. Ipse nec habeat vitia nec ferat. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit: nam quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit; minime iracundus, nec tamen eorum quae emendanda erunt dissimulator, simplex in docendo, patiens laboris, adsiduus potius quam inmodicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur ultro. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec effusus, quia res altera taedium laboris, altera securitatem parit. In emendando quae corrigenda erunt non acerbus minimeque contumeliosus; nam id quidem multos a proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid, immo multa cotidie dicat quae secum auditores referant. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius praecipueque praeceptoris quem discipuli, si modo recte sunt instituti, et amant et verentur. Vix autem dici potest quanto libentius imitemur eos quibus favemus.



4. Importanza di un solido legame affettivo (Quintiliano)

Plura de officiis docentium locutus discipulos id unum interim moneo, ut praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament et parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant. Multum haec pietas conferet studio; nam ita et libenter audient et dictis credent et esse similes concupiscent, in ipsos denique coetus scholarum laeti alacres convenient, emendati non irascentur, laudati gaudebunt, ut sint carissimi studio merebuntur. Nam ut illorum officium est docere, sic horum praebere se dociles: alioqui neutrum sine altero sufficit. Et sicut hominis ortus ex utroque gignentium confertur, et frustra sparseris semina nisi illa praemollitus foverit sulcus, ita eloquentia coalescere nequit nisi sociata tradentis accipientisque concordia.

TACITO, ANNALES

1. Uccisione di Agrippina (Tacito)

Anicetus villam statione circumdat refractaque ianua obvios servorum abripit, donec ad fores cubiculi veniret; cui pauci adstabant, ceteris terrore inrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat et ancillarum una, magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio ac ne Agermus quidem: aliam fore laetae rei faciem; nunc solitudinem ac repentinos strepitus et extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla, "Tu quoque me deseris?" prolocuta, respicit Anicetum, trierarcho Herculeio et Obarito centurione classiario comitatum: ac si ad visendum venisset, refotam nuntiaret, sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum percussores et prior trierarchus fusti caput eius adflixit. Iam in mortem centurioni ferrum destringenti protendens uterum "Ventrem feri" exclamavit multisque vulneribus confecta est.

2. Vili esequie di Agrippina (Tacito)

Haec consensu produntur. Aspexeritne matrem exanimem Nero et formam corporis laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem convivali lecto et exequiis vilibus; neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta est aut clausa humus. Mox domesticorum cura levem tumulum accepit, viam Miseni propter et villam Caesaris dictatoris, quae subiectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo libertus eius cognomento Mnester se ipse ferro transegit, incertum caritate in patronam an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque. Nam consulenti super Nerone responderunt Chaldaei fore ut imperaret matremque occideret; atque illa "Occidat" inquit, "dum imperet!".

Annone cerca di impadronirsi del potere a Cartagine, ma il colpo fallisce ed egli viene linciato e crocifisso pubblicamente insieme con i suoi parenti, anche quelli non colpevoli.

Princeps Carthaginiensium Hanno opes suas ad occupandam dominationem intendit regnumque invadere¹, interfecto senatu, conatur. Cui² sceleri sollemnem nuptiarum diem filiae suae legit, ut religione votorum nefanda commenta facilius tegerentur. Itaque plebi epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, ut poculis veneno infectis³ senatum sine arbitris interficeret orbamque rem publicam facilius invaderet. Qua re, magistratibus per ministros⁴ prodita, scelus declinatum est. Hoc consilio⁵ praeventus, iterum servitia concitat statutaque rursus caedium⁶ die, cum denuo se proditum videret, timens iudicium, munitum quoddam castellum⁷ cum viginti milibus⁸ servorum armatis occupat. Ibi, dum Afros regemque Maurorum concitat, capitur, virgisque caesus, effossis oculis et manibus cruribusque fractis, in conspectu populi occiditur; corpus verberibus lacerum in crucem figitur. Filii quoque cognatique omnes, etiam innocii, supplicio⁹ traduntur, ne quisquam¹⁰ aut ad imitandum scelus aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo¹¹ superesset.

GIUSTINO

62) Imprese di Filippo di Macedonia

In Graeciam Philippus cum venisset, sollicitatus paucarum civitatum direptione et ex praeda modicarum urbium prospiciens quantaes opes essent universarum, bellum toti Graeciae inferre statuit. Ad cuius emolumentum pertinere ratus, si in potestatem suam rede-gisset Bysantium, nobilem et maritimam urbem, suis copiis receptaculum terra marique futuram, eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Deinde, ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonesi urbes expugnat, filiumque Alexandrum, decem et octo annos natum, ad se arcessit. In Scythiam quoque praedandi causa profectus est, more negotiantium impensas belli alio bello refecturus. Sed revertenti ab Scythia Philippo Triballi occurrunt; negant se transitum datorios, nisi portionem praedae accipiant. Hinc iurgium et mox proelium; in quo in femore vulneratus est Philippus. Ita Scythica spolia paene luctuosa Macedonibus fuere.

GIUSTINO

74) I commediografi Plauto e Nevio

Non tutte le commedie attribuite a Plauto sono sue. Si tramanda che ne abbia composte tre mentre, per guadagnarsi da vivere, girava la macina presso un fornaio. Nevio invece scrisse alcune commedie in carcere, dove era stato rinchiuso per la sua libertà di parola.

Feruntur¹ autem sub Plauti nomine comoediae circiter centum atque triginta; sed homo eruditissimus Lucius Aelius quinque et viginti eius esse solas existimavit. Illae, quae scriptae a Plauto non videntur et nomini eius addicuntur, veterum poetarum fuerunt et, ab eo retractatae, expolitae sunt ac propterea resipiunt² stilum Plautinum. Sed enim *Saturionem* et *Addictum* et tertiam quandam³, cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt⁴, cum⁵, pecunia⁶ omni in mercatibus perdita, inops Romam redisset et ob quaerendum victum ad circumagendas molas, operam pistori locasset. De Naevio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas scripsisse, *Hariolum* et *Leontem*, cum, ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis dicta, in vincula Romae a triumviris coniectus esset.

da GELLIO

G
1.
2.
3.
4.
5.
6.

satil
Qua
apu
qui
viro
que
sed
sus
fuis
res j
mi e
qua

Ant

Un'eclissi di luna preannuncia la fine di Perseo, re di Macedonia. Durante la battaglia rifulge il valore di Marco Catone, che riesce anche a recuperare la spada cadutagli fra i nemici.

Pridie quam proelium consereretur, luna nocte defecit, triste id portentum, Perseo omnibus praesagentibus finemque Macedonici regni vaticinantibus. In ea pugna Marcus Cato, Catonis oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, de equo delapsus, pedestre proelium aggreditur. Nam eum cadentem manipulus hostium cum horrido clamore veluti iacentem obtruncaturus circumsteterat; at ille, citius corpore collecto, magnas strages edidit. Cum ad eum opprimendum undique hostes convolarent, dum Macedonum quendam petit, gladius ei e manu elapsus in mediam cohortem hostium decidit; ad quem recuperandum umbone se protegens, inspectante utroque exercitu, inter hostium mucrones sese immersit recollectoque gladio, multis vulneribus exceptis, ad suos cum clamore hostium revertitur. Huius audaciam ceteri imitati, victoriam peperere.

da GIUSTINO

La madre aveva nascosto Achille tra le figlie di Licomede perché non partecipasse alla guerra di Troia, ma Ulisse con un inganno lo scoprì.

Thetis Nereis, cum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habuerat, si ad Troiam ivisset, ibi periturum esse, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem. Eum ille inter virgines filias habitu feminino servabat nomine mutato: nam virgines eum Pyrrham nominaverunt, quoniam capillis flavis fuit et Graece rufum *pyrrhon* dicitur. Achivi autem, cum rescivissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores miserunt, qui rogarent ut eum adiutorem Danais mitteret. Rex cum negaret illum apud se esset, potestatem eis fecit ut in regia quaererent. Cum illi intelligere non possent quis esset puellarum, Ulixes in regio vestibulo munera feminea posuit, in quibus erant clipeus et hasta, et subito tuba signum pugnae dedit. Achilles hostem putans adesse, vestem muliebrem dilaniavit atque clipeum et hastam arripuit. Ex hoc cognitus est suasque operas Argivis promisit et milites Myrmidones, quibus praeerat.

Xantippem, Socratis uxorem, dicunt morosam admodum et iurgiosam, quae scateret irarum et molestiarum muliebrium per diem noctemque. Alcibiades, miratus philosophum tantas uxoris intemperies aequo animo tolerare, eum interrogavisse fertur cur tam acerbam et molestam feminam domi esse pateretur neque eam exigeret. Cui Socrates respondit se talem uxorem domi tolerando insuescere ceterorum foras quoque petulantiam et contumelias aequo animo ferre. Hanc sententiam Socratis videtur secutus esse Terentius in ea Varronis satura, de qua in libro *De officiis* Cicero mentionem facit. Nam in ea scriptum esse dicit homines oportere vitia uxoris aut tollere aut tolerare. Qui enim vitium tollit uxorem commodiorem sibi facit, qui patitur aequo animo sese meliorem reddit.

da GELLIO

In un libro comprato su una bancarella Gellio trova notizie di uomini antropofagi, di altri con un solo occhio come i Ciclopi, di altri ancora con i piedi rivolti all'indietro o canuti sin dall'infanzia.

Cum e Graecia in Italiam redirem et Brundisium irem egressusque e navi in terram in portu illo inclito spatiarer, fasces librorum venalium expositos vidi. Accessi percontatusque pretium sum et, adductus mira atque insperata vilitate, libros plurimos aere paucio emo eosque omnes duabus proximis noctibus cursim transeo. Erant igitur in illis libris scripta huiuscemodi: Scythas illos penitissimos (*remotissimi*), qui sub ipsis septentrionibus aetatem agunt, corporibus hominum vesci eiusque victus alimento vitam ducere et ἀνθρωποφάγους (*anthropophágus*) nominari; item esse homines sub eadem regione caeli unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi, sicut fuisse Cyclopas poetae ferunt; alios item esse homines apud eandem caeli plagam singularis velocitatis, vestigia pedum habentes retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, prorsum spectantia; praeterea traditum esse memoratumque in ultima quadam terra, quae "Albania" dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescant et plus cernant oculis per noctem quam interdiu.

GELLIO

Catone è noto non solo per la sua conoscenza giuridica e per la gloria militare, ma anche per la sua versatilità. Fu stimato per il suo disinteresse, anche se la sua severità gli procurò numerose inimicizie.

Quantum M. Porcius Cato anteierit omnes patricos plebeiosque aetatis suae legimus¹ apud T. Livium, qui ab aliis rerum antiquarum scriptoribus ait se accepisse² Catonem, qui magna vi animi ingenique esset³, facile fama superavisse excellentissimos quoque viros prioris aetatis. Nos monet T. Livius hunc hominem non scientia iuris neque eloquentia aut gloria militari provectum esse ad summos honores (ut alii provecti sunt) sed tam versatili ingenio (quo⁴ natura praeditus erat) ut sine labore perficere posse visus sit⁵, quidquid suscepisset. Narrabant, enim, Catonem, quibuscumque⁶ bellis interfuisset, manu fortissimum fuisse atque summum imperatorem, cum ad magnos honores pervenisset, et in pace eloquentissimum. Neque tacendum est eum tam⁷ invicti animi et tam rigidae innocentiae fuisse, ut ab omnibus bonis plurimi existimaretur, quamquam simultates plurimas exerceret asperique animi et linguae acerbae videretur.